

trigesimus

stellæ. uerum etiā inueteratas herinacei carnes quis possit furenti etiā si certa sit medicina. Bubonis quod oculorū cinerem intra ea quibus prodigiose uitā ludificantur: acceperim. Præcipueque febrium medicina placitis eorum renunciat. Namque & in. xii. signa digessere eam sole trāsmeante: iterumque luna quod totū abdicandū paucis exemplatibus docebo. Siquidem crematis tritisque cum oleo perungi iubent. ægros: cum geminos transit sol: cr̄tis: & auribus & unguibus gallinaceorum. Si luna rasis barbis eōrum. Si uirginē alteruter hordei granis. Si sagittarium uespertilionis alis. Si leonem luna tamari cis fronde: & adiiciunt satiuæ. Si aquarium e buxi carbonibus tritis. Ex istis cōfessa aut certe uerisimilia ponemus: sicut & lethargum olfactoriis excitari. Inter ea fortassis mustelæ testiculis inueteratis: aut iocinere usto. his quoque pulmonē pecudis calidū circa caput adalligari putant utile. In quartanis medicinæ clinice prope modū nihil pollet. Quamobrē plura eorum iemedia ponemus. Primumque eū quem adalligari iubent puluerem: in quo se accipiter uolutauerit lino rutilo in linteolo. Canis nigri dentē longissimū. Psendophecen uocant uespam: quæ singularis uolitat. Hāc sinistra manu aprehensam subnectūt. Alii uero quā quis eo anno uiderit primā. Viperæ caput abscisum in linteolo: uel cor uiuentis exemptū. Muris rostellum auriculasque summas roseo panno: ipsumque dimitunt. Lacertæ uiridis dextrum oculum effosum mox cū capite suo deciso in pellicula caprina. Scatabeus quod pilulas uouit. propter hunc ægypti magna pars scarabeos inter numina colit curiosa. Appionis interpretatiōe qua colligit solis operum similitudinē huius aīali esse ad excusandos gentis suæ ritus. Sed & aliū adal ligant magi cui sūt cornicula reflexa sinistra manu collectū. Tertiū qui uocatur: fullo albis guttis dis sectum utrique lacerto adalligant. Cætera sinistro. cor anguiū sinistra manu exēptum uiuētibus. Scorpionis caudæ quattuor articulos cum aculeo panno nigro: ita ut nec scorpionē dimissum: nec eū quod alligauerit: uideat æget triduo: post tertium circūitum id condat. Ericam in linteolo ter lino circum dant totidē modis ad singulos dicentes: quare faciant: qui medebūtur. Limacē in pelliculā uel quatuor limacum capita præcisa harundine. Multipedā lana iuolutā. Vermiculos ex quibus tabani fiunt ante quod pennas germinēt. Alios e spinosis frutetis lanuginosos. Quidā ex illis quaternos inclusos iuglandis nucis putemine adalligant. Cochleasque quæ nudæ inueniuntur. Stellionē inclusum capsulif subiiciunt: capiti. & sub dicesu febribus emitunt. Denorari autē iubent cor mergi marini sine sero exēptum: inueteratique conteri: & in calida aqua bibi. Corda hirundinū cū melle. Alii simū drachma una in lactis caprini: uel ouilli: uel passo cyathis tribus ante accessiones. Sunt qui totas censeāt deuorādas. Aspidis cutā pondere sexta parte denarii cū pipere pari modo parthorum gentes in remediū quartanæ bibunt. Chrysippus philosophus tradidit phryganion adalligatū remedio esse quartanis. Quod eēt animal: nec ille descripsit: nec nos inuenimus qui nouisset. Demonstrandū tamen fuit a tam graui auctore dictū: si cuiusquā cura efficacior esset ad inquitendū. Cornicis carnes esse: & nidū illinire in longissimis morbis utilissimū putant. Et in tertianis fiat potestas experiendi quoniam miseria copia spei deiecta: anne aranei quem lycum uocant telacū ipso specu toto resina cæraque imposita utrisque tempore tibus & fronti prosit. Aut ipse calamo adalligatus qualiter & aliis febribus prodeſſe traditur. Itē lacerata uiridis adalligata uiua in eo uase quo cibū capiat. Quo genere & recidivas frequēter abigi affirmāt. Hydropicis oesypum ex uito addita mirra modice potui datur nucis auellanæ magnitudine. Aliq addunt & anserinum adipem & oleum myrtleum. Sordes ab uberibus ouium eundē effectū habent. Item carnes inueteratae herinacei sumptæ. Vomitus quoque canū illitus uentri aquā trahere promittitur. Igni sacro medetur oesypum cum pompholyde & rosaceo. Ricini sanguis. uermes terreni & acetō illiti. Gryllus contritus in manibus. Quo genere prostat: ut qui id fecerit antequā incipiat uitiū: toto eo anno caret. Oportet autem eum ferro cū terra cauernæ suæ tolli. Adeps anseris. Viperæ caput atidū asperuatum & cōbustum: dein ex aceto impositum. Senectus serpentium ex aqua illita a balneo cū bicumine & seu agnino. Carbunculus simo colubino deletur per se illito: uel cū lini semine ex aceto mulso. Itē apibus quæ in melle sunt imortuæ impositis. polentaque iposita inspersa. Si in uerendis sits cæterisque ibi ulceribus occurrit e melle oesypum cū plūbi squamis. Itē simum pectidū incipientibus carbunculis. Tubera & quæcunque molliri opus fit efficacissime anserino adipe curantur. Idē prostat & gruū adeps. Furunculis mederi dicitur araneus si priusquā nominetur sit ipositus & tertia die solutus. Mus araneus pendēs enecatus sic terrā nec postea attingat: ter circundatus furunculo toties expūtibus medente & cui medebitur. Ex gallinaceo simo quod est rufū maxime recens illitū ex aceto. Vētriculus ciconiæ decoctus. Muscæ impari numero inficatae digyto medico. Sordes ex pecudū auriculis. Seuum ouium uetus cum cinere & capillis mulier. Seuum arietis cū cinere putuci & salis pari pro. Ambustis capitum canis cinis medetur. Itē glitiū cum oleo. Fimū ouium cum cæra cōmixtū. Murium cinis & cochleage. Eoque sic ut ne cicatrix quidē appateat. Itē adeps uiperinus. Fimi columbinī cinis ex oleo illitus cyprino. Nervos & nodis medetur capitis uiperini cinis ex oleo cyprino illitus.

Eius erit
copia
spei de-
tecto